



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

3. Exercitia obit, & quomodo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

Liber Primus.

3

3. Quare ut primum à Philosophicis quas profitebatur prælectionibus se exfoluit, sub Ignatij disciplina spiritum meditando exercuit; eo statim suimet odio, vt quadriduum solidum, iejunus planè transigeret, vno illo contentus animi pabulo, quod diu noctuque cœlitus hauriebat. Ac lego in nostris veteribus tabulis, prima illa Exercitia cum obiret, solitum se Deo sistere, arctè manus pedesque colligatum; sea veller se totum Deo mancipate, libertatemque omnem in posterum ex eius nutibus habere suspensam; siue pro illo impudenti agnoscet, & ingrato seruo qui absque cultu nuptiali, conuivium regum irrupisset, effetque propterea merito colligandus, & in exteriore renebras mittendus: hinc demum totus in aliud mutatus, & hæc, quibus hærebat, infima persus, in hominem enasit Deo plenum, vnasque deinceps perpetuò anhelantem diuinæ gloriarum rationes. Quinque iam sibi ex Academia iuuenes Ignatius legerat, raris omnes ingenij dotibus; & vnius secum sententiae; communis consensu conuenerant de consecranda Deo vita omni, nuncupatione Pauperatis, Castimoniæ, & Euangelij apud infideles, in Palæstina prædicandi; aut se non pateret anno toto ad eam aditus, sistendi se summo Pontifici, ad omne illius imperium quocumque gentium, in Dei obsequium mitteret: hæc vti alias enarraui prope Parisios ad S. Mariæ in monte Martyrum edita, Xauerio annum iam septimum supra trigesimum agente, qui fuit 1534. Inde trium accessu sociorum aucti, anno excunte Venetas petunt, vbi eos aliquanto pridem opperiebatur Ignatius: Illic aliisque in urbibus ea fuit Xauerio videndi ratio & agendi, qua hominem decuit tyrocinia ponentem Apostolici famulatus, quamprimum in Indian obeundi; nempe itinera, & longa, & media hieme, semperque pedestria per montes niue obstractos, inter infestos exercitus, hæretico in solo, vnoque viatico quod esset Deus mendicanti, benignè prouisurus. Accedebat suimet immritis, & lœua tractatio; ac nisi fuisset miraculo veritum etiam lethalis; arctus corrugatusque panis; tunica vilis & lacera; noctes desertis vel in tuguriis, vel sub dio; solitarij cum Deo, velut extra mundum, & diuturni secessus; helioicæ in cœbra, & ardua sui expugnatione victoriæ; ardorque interea inexpeditus querendarum Deo animarum, & vexationum patientissima, affidaque perpessio.

4. Notum illud dum Venetas pergeret insigne factum; scrupulo datus, quod olim plusculam, bene habiti corporis agilitate delectatus, flatu se aliis iuueniliter prætulisset, hanc Deo qualitercumque culpam ludere statuit; crura, & brachia, implexa funiculis sic adstringit, vt incessu motuque corporis, ruptis carnibus in neruos descenderent; ipse vehementer doloris animo linqueretur; Chirurgus arti suæ diffusus, curationem cœci, & insanabilis mali desperaret. Sed hanc Medicus clemens Deus adhibuit, noctis vnius spatio, rescissis sponte, carnibus exemit funiculos, & miraculo dupli ab iis impressa vlcera, glutinauit. Venetas in Nosocomio, quod Incurabilium dicitur, dum illa tractat purulenta & græcolentia semicadauera, refugam persensit ab eo aspectu.

Exercitia
obit, & quo-
modo.

4
Vita periculis
domandi sui
ardore incur-
sum, miraculo
euadit.

A. 2. factori